



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An pretium Sominiacè acquisitum contra prohibitionem juris Ecclesiastici restituи debeat in foro conscientiæ, etiam ante sententiam, & condemnationem judicis & cui?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

De Simonia, & ne aliquid pro spirituali. exigatur vel promitt. 747

tum Simoniacè, sed etiam iustè (in casu scilicet, in quo res spiritualis nullam commoditatem temporalem afferit) pro temporali rem spiritualem vendidit, ille jure divino & naturali ad pretium, quod accepit, restituendum, obligatur, non quidem præcisè, quod Simoniam commiserit, sed quod læserit justitiam commutativam (pretium accipiens pro re, cuius nulla temporalis commoditas est) ex qua oritur restituendi obligatio; & quidem in hoc casu Simoniæ restitutio pretij iustè accepti fieri debet, ante sententiam Iudicis, illi, qui dedit hoc pretium, cum ut sic injuria alteri facta reparetur, ad cuius reparationem justitia obligat, in priore verò casu Simoniæ admisso, potest Simoniacus per judicem Ecclesiasticum condemnari ad restituendum pretium Simoniacè acceptam Ecclesiæ, vel alijs pīj causis, prout etiam emptor rei spiritualis, qui pretium temporale pro re spirituali dedit, in peccatum delicti, sive Simoniæ admisiæ, privati potest pretio solvendo, per sententiam Iudicis, & hoc Ecclesiæ, vel alijs pīj cause applicari.

S. II.

An pretium Simoniacè acquisitum contra prohibitionem juris Ecclesiastici restituui debet in foro conscientia, etiam ante sententiam, & condemnationem Iudicis & cui?

Si quis pretium temporale accepit pro collatione, electione, confirmatione, vel renuntiatione, etiam ex vi juris Ecclesiastici ante omnem sententiam Iudicis restituere acceptum pretium debet, &c. De hoc. II. b. t. (Jure scilicet impe-

diente, quod minus pretij sic accepti dominum aequitatem possit) & quidem juxta probabilem sententiam illi Ecclesiæ restitutio facienda est, in qua est beneficium Simoniacè collatum, cui per talen collationem v. g. injuria facta fuit.

Si tamen Simonia commissa sit in admissione ad religionem, pretium datum, de jure positivo, ante sententiam Iudicis, restituendum non est, si admissus in monasterio maneat, cum in tali casu retineri pretium datum à monasterio possit ratione alimentorum. In alijs vero casibus, in quibus etiam Simonia committitur, sape de jure natura debet fieri restitutio; cui autem hæc facienda sit, Iudicis arbitrio ordinariæ relinquitur.

S. III.

An vicissim res spiritualis, quæ pro prelio Simoniacè data fuit, etiam debet restituiri danti?

AD hanc questionem, ut respondeatur, observariterum debet, an Simoniacè & iustè res spiritualis acquisita sit, vel an acquisita sit Simoniacè quidem, non autem iustè. In priore casu, si res iustè & Simoniacè accepta, sit permanens, non quidem res accepta, sed pretium accedens, quod pro spiritualitate v. g. quālibet datum est, restitutio debet, ei, qui ratione spiritualitatis hoc pretium dedi: (Quamvis in peccatum delicti per sententiam Iudicis hoc privati possit) si vero res spiritualis Simoniacè quidem, non tamen iustè acquisita sit, nulla rei talis restitutio fieri debet, cum nulla sit lela justitia, quamvis etiam

Aaa aa 2

hic